Fragmentarium

digestionem coadiuuāt . et hoc est qd' dicitur
q somnus est ligamentū aliax virtutū exte
riorū cū intencione naturaliū ¶ Nutribilis enī
particula sicut supra diximus magis pficit opus
suū in somno q in vigilia . cuius causa est
que nūc dicta est et cū omnis virtus confortet᷑
quando multiplicatur eius materia ⁊ subiectū
propriū ¶ Ideo iterū multiplicabitur spūs . et
resumet esse deperditū ex sicco cibo per virtutē
cordis . et calor similiter ¶ Confortatis autē eis
sic iterum per nature necessitatē effluāt ad ex
teriora vehentes in organa virtutes vite ⁊ opera
tiones eo q tunc possent super frigus quod re
clusent poros ⁊ clausent sensus . et tunc necessa
rio laxantur organa sensuū in vigiliā et opera
tionē . et hoc est qd' diximus cōmuniter somnum
esse excitabilem de necessitate . ¶ Ex dictis au
tem habentur duo correlaria . vnū quorum est q
si spūs ad interiora recurrentes non īueniunt
naturam ex qua reparētur deperditum ipsorum
q tunc calor interius exsiccatus et multiplica
tus consumit humidum ex quo debuit reparari
spūs . et homo tūc exsiccatur et debilitatur . et
ideo dicit ar'. in regimine dn̄orū ad alexandrū
q somnus ieiuni exsiccat eū et debilitat . et for
te facit pessimas infirmitates quia calor attra
hit malas materias ex corpore ⁊ ad stomacū ⁊
spūalia et incendit eas ibi . ¶ Aliud autem
est q si calor et spūs recurrentes ad interiora ī
ueniūt ibi sicū cibi grossi et terrestris qui poti
us fumat q euaporet in spm̄ et tūc ex illo ge
nerātur fumi grossi et spiritus . subtiles . q
venientes ad organa sensuū pungendo grauāt
ea . et ideo homo qui surgit a somno in
digestus vel fumo grosso plenus : sentit grauita
tem ī membris exterioribus . patet igitur ex
dictis intellectus precedentium . et qualiter sōp
nus sit vinculum et īmobilitas ⁊ īpotencia q
dam sensuū exteriorum . vigilia autē habet oīa
hiis contraria

Caplm . ix. ⁊ est digressio declarās diuersas somni diffinitiones .

Dixit autem abhamudin phs et videtur
Auerroys prebere assensum q somnus
est vigor et confortacio sensus spūalis
et debilitas ⁊ vinculū sensus corporalis . vigilia
autem econtrario vigor et confortacio sensus cor
poralis ⁊ debilitacio sensus spūalis . qd' dictū ve
rissimū est quoniā sensus est in spūalibus ⁊ nō
in corporalibus operans . spūales autem sunt
forme accepte a rebus in aīa interi⁹ existētes
auertens autem spm̄ et sensū ab exterioribus
sicut diximus nūc conuertit ea ad interiora
et confortat eundem circa illa facit autem hoc sōp
nus . Per contrariū autem vigilia que extra
hit sensum et spm̄ ad exteriora auertit ab in
teriorū perceptione ⁊ ideo circa talia debilitat sen
sum et spm̄ vigilia . sensus autē corporales dicūt

sensus formales qui fiūt a presentia corporū . et
circa hoc extrahendo spm̄ et sensibilē virtutē
confortat vigilia et debilitat somn⁹ vt dixim⁹
¶ Dixit etiam idem phs q sensus spūalis
dignior est q corporalis qn̄ est verus quando
ē autem falsus . erit sensus corporalis dignior
q spūalis . q iterū est verissime ⁊ subtiliter
dictū qm̄ sensus spūalis est perceptio sensibi
liū spūaliū et hec vera sunt quando ī anima
monstrantur sicut in re eueniūt . et hoc est ve
rissimū genus diuinationis quod potest esse ī
somnis sicut in scdo hui⁹ sciencie libro declara
bimus . et iste sensus ideo vocatur quia forme
sensibiles tangunt instrumentum sensus in
somnis ¶ Dignior autem est quia ex propriis
principiis anime perfectius fluit . quando autem
falsus est . tunc est motus fantasticus confusus
ex inordinatione fantasmatū cui⁹ inordinatio
nis multe sunt cause que inferius ostenden
tur . ¶ Per dicta autē patet q intellectus
multarū descriptionū que a multis assignate
sunt ; et a nobis hic inducte sunt . ¶ Quod au
tem quies dicitur somnus nō est proprie s;
methaforice dictum . sicut enim patet ex de
claratis in prehabitis . vigilia non est mot⁹
phisicus neq; vsus sensus sed est simile cuidā
motui . et ideo etiam priuatio vigilie nō est
proprie quies sed per methaforā et similitudi
nem sic vocatur . ¶ Alpharabius autē diffi
niens somnū dicit q est introitus sensus
ad interiora et non īmobilitas sensus cōmuno
da . vigilia autem est exitus sensus ad exteri
ora ¶ Et iste phs vult q tam vigilia q somp
nus sint motus et neutrū quies īmobilitas
quod contrariū hiis que dicta sunt esse videt᷑
¶ Sz ad hui⁹ solutionē oportet hic suppon'e
qd' inferius ostendemus q videlicz somnus
sit in aīali scdm primū sensū q ē sensus cō
munis . et hoc est qd' cōparat sensata ptīcu
laria et propria sicut diximus in libro de a
nima ¶ Cum autē spūs sit vehiculū forma
rū sensibiliū et recurrit spūs ad interiora
virtus vecta ad interius . ad hec cōparat ea si
cut primū . et tunc magis quando exteriori
bus abstrahitur et adducitur . et quo ad so
lum . dicitur q somnus est recursus sensus
cōmunis ad interiora quia virtus sequens ip
sum recurrit ad primū eius principiū spūs
qd' est . q. cor . nec est intelligendū hoc de po
tencia aīe que vocatur sensus cōis . hec enim
sita est in organo suo sicut visiua virtus in o
culo . sed intelligitur de virtute que influit super
instrumentū . et de forma que formaliter sensus
cōis vocatur . illa enī adhuc interius retracta
sensus cōmunis obiectū est ⁊ discernit eam
retrahuntur spūs sensibilium organorū ¶ Dicit
enī virtus sensus cōmunis extenditur ad orga

Somn⁹ est ligamentū aliaꝝ ūtutū

Cōfortatis p nāe necītatem effluant ad exteriora

homo exsiccatur et debilitatur

pungendo grauāt ea

Somn⁹ ē vigor et cōfortatio sensus spūalis

vigilia extrahit sensū et spm̄ ad exteriora

Sensus spūalis dignior est q corporalis

Dignior quia ex propriis prīcipiis aīe perfectius fluit

Vigilia nō est mot⁹ phisicus neq; vs⁹ sens⁹ s; est simile cuidam motui

Somn⁹ est ī aīali scdm̄ primū sensū q est sens⁹ cōmunis

Somnus est recurs⁹ sensus cōmunis

Virtus sens⁹ cōmunis extenditur ad organa

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 95, f. 5r – Albertus Magnus, Commentarius in librum de anima and De somno et vigilia (https://fragmentarium.ms/view/page/F-zxc4/8645/65877)